

supra, & inquit in practica esse observandam primam opinionem.

126 Idemque ꝑ dicendum est in vulgari substitutione, ex qua similiter succeditur testatori, l. fin. C. de Inst. & subst. & in terminis ita tenet Petrus de Anchar, consil. 440. numer. 1. & alios refertens Anton. Gabr. d. conclusio. de tutel. num. 44. vers. & idem.

Vigesimo secundo limitant quidam nostram conclusionem principalem. ut non procedat, quando is, qui petere debet tutorem pupillo, tanquam proximior in gradu, & ad quem spectat successio, est legitimus tutor, tunc namque secundum ipsos non tenetur alium petere, nec privatur successione, si non administravit: ita tenet Angel. consilio 37. numero 2. ubi respondet ad dict. leg. sciant, ut veni dicitur ibi locum in illis, qui ad successione pupilli intestati vocantur, tamen propter inhabilitatem perpetuam, ut quia mulieres, vel temporalem, ad tutelam inhabiles sunt, in aliis enim impossibile est. Idem colligitur ex Dyn. quem refert Bartolus statim citandus, hanc faventia & restrictio ad dict. leg. sciant, magna profecto est, atque inaudita ceteris scribentibus, si vera est.

Ceterum quod ipse censo, falsi est, & contra mentem, & verba dict. leg. sciant, qui: & omnium scribentium, tum etiam, quia cum ipse idem sit tutor legitimus, ad eum curam pertinere acceptare tutelam, & facere sibi decerni, inventarium conserere & legitime administrare: quod si fecerit, puniatur privatio successiois pupilli, non quia non petiit alium tutorem, cum ipse sit legitimus, sed quia non legitime administravit, vel si tutelam noluit, quia saltem alium tutorem non petiit tempore debito, hoc est, intra annum, qui legitime administraret. Cum igitur, utrumque negligenter omiserit, merito ut prædicta pena puniatur, sicut habemus decisum in matre, cui delata est tutela legitima. Nam si non administravit legitime, vel tutorem petiit, puniatur, ut prædicimus. Ergo à fortiori idem in ceteris successuris pupillo, dicendum est, ut probatur, in dict. leg. sciant, qui, C. de legitim. hered. cum materia, quæ de omnibus loquitur, nec patitur ullo modo restrictionem, Angel. ibi, qui penitus divinat, præterquam quod est contra generalitatem dict. legis & rationem veram, qua ipsa nititur, Et in nostris terminis hanc partem contra priorem probat & tenet Bartol. in l. 2. numero 2. versic. contrarium credo, ff. qui pet. tutor. Carnes consilio 113. littera F. & G. volumine 1. Pinell. de Castro, consilio 370. num. 3. volumine 1. & Antonius Gabriel. conclusio. 1. de tutel. numero 62.

127 Vigesimo tertio, ꝑ limitat Petrus Anchar, consil. 440. ver. præterea non absurdum, numero 3. quando, is, qui poterat excludere negligentem, tacuit in vita sua. Nam heres ejus non poterit eum excludere, argumento leg. his solis, & l. fin. C. de revoc. donat. ubi probatur, quod si donator, dum vixit, quæstionem ingratitudinis contra donatarium non retulit, non poterit ejus heres referre: sed certum est, quod privari successione ob non petitum tutorem, est pœna quasi cujusdem ingratitudinis commissæ in pupillum, ut in lege secunda, §. si mater, ff. ad Tertullian. ubi pluries textus ille, utitur hoc verbo, puniatur ergo, &c. Sequitur hanc limitationem Antonius Gabriel. dict. conclusio prima, de tutel. numer. 64. non tamen hoc Aneharan. ubi supra, pertinaciter tueretur, ut ipseniet fatetur, quia sibi novum dictum, sed benigna in penis interpretatione, sic dicere, & consentire, in dubio esse potius laudabile, quam reprehensibile, affirmat, argumento, capit. odia, de regulis juris in sexto.

Idem mihi videtur, nempe, ut prædicta opinio non sit omnino certa, sed in dubio probabilis, & sustentabilis propter odium pœnarum, & taciturnitatem defun-

cti, nisi aliud constaret ex ejus voluntate, vel videretur sequendum ob ejus ignorantiam, vel abentiam aliudve justum impedimentum, ob quod quæstionem non petiit tutoris in vita non retulit, aut refricaverit, tunc namque heres referre potest.

Vigesimo quarto, ꝑ limitatur in matre prodiga, cui 128 bonis interdicitur est, quia non privatur successione ex eo, quod tutorem non petiit, ut cum aliis probat & tenet Sylva nupt. 2. par. num. 53. Fall. 8. & Anton. Gabr. ubi supra num. 71. diximus etiam supra, num. 108.

Vigesimo quinto ꝑ limitatur, si mater ante annum ingreditur monasterium, ita Bald. in cap. ex parte, de appell. num. 9. ubi idem tenet etiam, si efficiatur de tertio ordine S. Francisci, & Præposit. ibi, Sylva nupt. ubi supra ampl. d. Bald. in l. omnem, vers. sed quid si mater, & ad Tertull. Ant. Gabr. ubi supra, num. 72.

Vigesimo sexto, ꝑ ut mater nedom habeat annum, 130 sed etiam novem dies ultra annum, juxta gl. confugit. Tiron. Verum hæc non est limitatio, quia per eam non corrumpitur, nec limitatur regula, sed extenditur tempus anni ad alios novem dies, ultra annum: deinde non continet jus scriptum, nec generale, sed potius consuetudinem Tiron.

Vigesimo septimo ꝑ limitatur, seu potius declaratur 131 conclusio nostra l. Regie 12. cum similib. quod licet mater, vel alius proximus agnatus intra annum non administraverit, vel tutorem non petierit, & sic privetur hereditate pupilli impuberis decedentis, ut in his iuribus, non tamen interim privatur tutela, ut tenet Bartolus, in l. tutela, §. sed & si hac, numero 1. ff. de legitim. tutor. quem sequitur Gregorius Lopez, in dicta lege 12. in gloss. Pierden, ad fin. ibi, sed an mater vel alius, titul. 16. parit. 6. tenet Bald. in leg. precibus, versic. & scias columna 5. Cod. de impuber. & alius, & decisio Pedemontian. 58. numero 22.

Vigesimo octavo ꝑ limitatur, ut non procedat, quoties mater minor viginti quinque annis, fuit relicta utrix testamentaria à marito, & tamen ista minor ætas fuit incognita substitutis, debentibus petere tutorem dari pupillo, durante minori ætate matris: debent enim præsumere vehementer, quod fuerit major viginti quinque annis, ex quo ejus maritus reliquit eam tutricem, qui verisimiliter debebat præsumi scire uxoris fux ætatem, cum eam puellam duxerit in uxorem, & apud tetenerit, & eum ea conversatus fuerit, & sic videtur eam reputasse majorem dictæ ætatis: Unde longe fortius debebat eam majorem viginti quinque annorum reputasse prædicti substituti. Quo fit, ut excusetur, si tutorem non petierint, eo, quod eam tunc excusetur, si tutorem non petierint, nec facta fuerit aliqua renuntiatio, & repudiatio. Et licet esset minor viginti quinque annis, habebat tamen in hoc substituti justam ignorantiam, quæ excusat, cum non probatur, quod dicti substituti habuerint notitiam minoris ætatis matris. Ita in terminis tenet & probat Socin. consilio 20. columna final. post numerum decimum octavum, volumine primo, quem refert & sequitur, Gregorius Lopez, in dict. leg. duodecima, in gloss. pierden, post med. ibi, & quid si sit relicta.

Ultimo ꝑ nostra præfata conclusio limitatur, ut non 133 procedat in foro conscientie ante sententiam & condemnationem. Leges namq. nostre privantes matrem & reliquos consanguineos successibus pupillis, non petentes eis tutorem dari intra annum, successione pupillorum, sunt pœnales, ut patet, quia eos puniunt prædicta pœna, dicta leg. 2. §. si mater per totum ff. ad Tertullian. & leg. omnem, cap. eadem, & leg. sciant, qui C. de legitim. hered. & nostra leg. 12. titul. 16. parit. 6. leges autem pœnales non obligant in conscientia ante condemnationem

tionem, juxta glossam communiter approbatam, in capit. fraternitas, 12. quæstione 2. etiam si pœna ipso jure imponatur, ut tenent communiter Doctores, estque Theologorum atque juris petitorum receptissima & verissima sententia, ut late adduximus, libro 2. Canon. quæstionum, capitulo 5. numero 14. ubi numero 28. quod procedit in illa pœna, ad cujus executionem requiritur aliqua actio, verbi gratia, pœna mortis, mutilationis membri, verberum, carceris, exilii, solutionis, confiscationis, seu privationis bonorum (ut in nostra specie) hæc enim exsequi non possunt per solam legem, nisi interveniat actio, & ante ipsam actionem non obligatur in conscientia: Quamvis igitur mater, & alii consanguinei negligentes sint in petendo tutorem pupillis intra annum, ac proinde juxta prædicta, ll. & alias similes, privari debeant, aut etiam si privati existant ipso jure successione impuberum, nihilominus tamen interim, quod non petitur, hanc pœnam in eos exsequi, nec condemnantur in ea tunc conscientia hereditate & successione prædicta potiri possunt, juxta prælatam communem sententiam, & in terminis nostris hoc nuacupatim tenet Molin. Theologus, de justitia & jure, 1. part. 2. tractatu, dispensatione 220. columna 1302. in principio.

Hactenus expofimus conclusionem & decisionem principalem nostræ l. Regie 12. titulo 16. parit. 6. cum similibus, quæ habet, quod mater & alii consanguinei pupillis successuri ab intestato, si intra annum eis tutorem non petierint, amittunt ejus successione, si ipsi impubes decederint, quam plura ampliationibus & limitationibus ornativus, ita, ut mire & supra modum hæc materia sit absoluta & explanata.

134 Nunc ꝑ vero superioribus addendam duximus aliam perlimitem decisionem, nempe, quod mater, quæ legitima liberorum tutela suscepta ad secundas aspiraverit nuptias, antequam tutorem filio impuberi fecerit ordinari, eique, quod debet ex ratione tutelæ gestæ perolverit, perdit omnem successione pupilli infra pupillarem ætatem decedentis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, text. capit. alius, in leg. omnem. C. ad Tertullian. nec tunc solum privatur successione filii, sed etiam omnibus legitimis & fideicommissis sibi à viro & patre pupilli relictis, & vadunt ad heredes mariti, text. est in l. 1. §. omnium, juncta authentice, estiam pœnis, ibi posita in versic. Item ea, Codic. de secundis nupt. per quem text. ita tenet Socin. consilio 29. numero 11. volumine 1. & Marant. in repert. l. ut potest, numero 252. ff. de acquir. hered. ubi etiam, quod ista pœna sunt hodie in usu, estque de hoc magis communis sententia, ut probavimus sup. num. 122. hoc eod. cap.

135 Quæ ꝑ decisio recipit & patitur, eandem pene ampliationes & limitationes, quas supra ad primam conclusionem princip. dict. l. sciant, qui, & nostræ l. Regie 12. adduximus, eas inquam, quæ convenire possunt huic secundæ decisioni, prout eas enumerat, & in terminis assignat Cyffentes in l. 8. Tauri num. 9. ubi ampliationes enumerat, & 16. limitationes.

136 Quoad ꝑ tertium principale, de quo supra in principio hujus cap. diximus, nempe super illis verbis nostræ l. 12. ibi, De ma dezimos que filios parientes fuerint negligentes en demandar, guaradador al buerfano, &c. Diximus hanc l. ortum habuisse à l. 2. ff. qui pet. tut. ubi cavetur, quod in defectum eorum, qui ex legibus minoribus defensores sunt, si quidem tutoribus indigent propter ætatem, possunt eis petere tutorem constitui cognati, & qui affinitate conjuncti sunt parentibus, tam maleficos, quam scemias: possunt & amici parentum & educatores ipsorum puerorum hanc petere, & hi quidem ex electione vel voluntate petunt tutores. Sunt autem quidam,

quibus necesse est petere tutores, puta mater & liberi: similiter & alii consanguinei, qui successuri sunt pupillis, ut in sciant, quis, C. de legit. hered. cum similib. & in nostra l. 2. tit. 16. parit. 5.

Quod autem nostra l. Regia ultra jus commune magis exprimit & declarat, hoc est, ut non solum amici, fed etiam quilibet de populo possit pupillis tutorem petere ut patet ex ea ibi, O otros qualesquier del pueblo desien pedir al juez, que de al buerfano guaradador que se a tal que alme el pro del mago. Et ita notat Gregor. Lopez, hic in gloss. Otros qualesquier del pueblo, in principio.

Ergo ꝑ ultra ipsum observandum duxi ex eadem nostra l. hoc videri esse obligatorium, sicut in matre & ceteris consanguineis, qui jus succedendi habent pupillo ab intestato, ut patet ex verbis modo relatis, ibi Deuen pedir al suoz. sicut supra dixerat in matre & ceteris consanguineis, ibi, Deuen ppeden pedir al suoz del lugar que de le guaradador a tal, que fe bueno erico, &c. Tenentur igitur omnes supra dicti, tam consanguinei, quam extranei, in eorum defectum hoc petere: si que equiparantur in hoc: Sed videtur alio modo à ratione, si quidem mater & consanguinei pupilli sunt successuri ei ab intestato, nimirum ergo, quod hoc onere tutorem petendi per legem graventur, alias priventur successione, alias sibi eodem jure civili delata: At vero extranei non succedunt pupillo, cur ergo gravari debent? Quare (salvo judicio melius sentientis) existimo, legem nostram hanc Regiam in hoc esse intelligendam juxta jus commune, de hoc loquens nempe dict. leg. 2. §. ff. qui petant. tut. ubi disponitur, matrem & liberos teneri de necessitate petere hos tutores impuberibus, & idem agnatis, ut in dict. leg. sciant, qui, Cod. de legitim. hered. & in cognatis, qui primum locum in successione habent, ut diximus: amici vero & educatores ex voluntate: Neque obstat quod l. nostra Regia in omnibus supradictis personis videatur obligationem inducere petendi tutorem: quia respondemus, quod verbum deuen, in amicis & quibuslibet de populo exponitur pro oportet, hoc est, Conviene: in matre vero & consanguineis successuris ab intestato importat necessitatem, ut patet ex d. l. 2. Idem ergo verbum in d. l. Regia in t. part. stat proprie, in secunda vero secundum alteram ipsius verbi significationem, quod non est absurdum,

138 Quia ꝑ verba sunt intelligenda juxta subjectam materiam, l. si uno, ff. locat. & ratione subjectæ materiæ verba moderari debent, ut in dict. l. si uno, & in l. si oles, ubi Bartol. C. locat. l. in silam, ff. de prescriptis verb. Cephal. consil. 259. numer. 33. Socin. junior consil. 1. numer. 120. volumine 1. ubi quod verborum interpretatio sumitur à ratione subjectæ materiæ, Bero. consil. 66. num. 14. volum. 1. ubi quod verba semper sunt in dubio intelligenda & restringenda secundum materiam subjectam, Roland. à Valle consil. 39. num. 9. 10. & 11. volum. 4. & optime Mars. Anton. Blanch. in tractatu de Comprom. num. 55. versic. prat. vol. 3. tractat. divers. Doct. fil. mbe 181. in anti quis, ubi ex aliis probat, quod verba interpretantur secundum subjectam materiam, & naturam rei contractus, qui geritur, non autem secundum quod nude profereuntur: quod verba accipiuntur secundum subjectam materiam etiam improprando, quamvis essemus in materia, in qua debet fieri stricta interpretatio. Subjecta ergo materia in proposito posuit, ut verbum deuen, importet necessitatem, in t. part. l. in secunda vero voluntatem & convenientiam, juxta d. l. 2. ne alias detur absurdum, quod extranei nullo jure cogente petere teneantur tutorem pupillis, & tandem, ut evitetur correctio juris communis.

Et in ꝑ terminis, quod verbum debet, licet regulariter importet necessitatem, sicut verbum oportet, ut per Rebuff. in l. verbum oportet, 237. in versic. & sic existo text.



In versio. statim sequenti. ff. de verb. signif. aliquando tamen ita verba decernunt & honoratiem, large tamen impertant, ratione subiecte materis, gloss. in cap. final. de her. contest. lib. 3. cap. 1. de rescript. ibidem. & in cap. penult. de re iudic. ibidem etiam gloss. in l. unie. C. de rap. vng. Socin. p. ultore in cap. 1. colum. 2. de libell. oblat. Bart. & alii in l. ff. de iust. & iur. gl. in c. 1. de desponsat. impub. Felin. in cap. si qui testibus, de testib. prout eos referri & sequitur Rebuff. ubi supra, in versio. aliquando: aliquando etiam ponitur pro consentaneo est, vel opportunum, ut in dict. leg. 1. ff. de iust. & iur. & Rebuff. ubi sup. in versio. idem dixerim in fin.

140 Superioribus & addendum est, quod iudex ex officio potest dare impuberi tutorem, leg. illud, ff. de tut. & curat. dat. ab his, ubi ita habetur, illud semper constituit praedictum possit tutorem dare tam presentem, quam praesentem, & tam praesenti quam absenti: nec non ignorantis & invito, ut in leg. statim sequenti, idem probatur ex l. 1. §. 1. versio. magistratibus, ff. de magistrat. conven. ubi dicitur, magistratibus imputatur, etiam si omnino tutor vel curator, datus non sit: sed ita demum tenetur, si moniti non dentur. Ergo non moniti, & sic nemine petente, ex officio iudex potest pupillo tutorem dare, Et ita in terminis ex illis iuribus tenent & probant Bartol. in l. hac autem in princip. ff. ex quib. causis in poss. ea. Alexand. in l. honorum, in fin. C. qui admitt. Alexand. Jaso. Cur. Purpur. Socin. & Sapia. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. Gregor. Lopez. in dict. l. 12. in gloss. quales fuerit del pueblo. tit. 16. part. 6. Ex quibus merito haec communis opinio dici potest & tenenda, licet Decius in dict. l. 1. notab. 2. teneat adversus eam.

141 Quoad quartum & Principale, de quo supra in principio hujus capit. nempe quod tempore durae tutela & cura item an appellatione tutoris veniat curator? ex nostra l. deciditur. Que la tutela dura hasta que el moço sea de edad de catorze e annos, e fasta que la moçosa sea de edad de doze e aora sea de edad el tutor en testamento, o de otra qualisya, y que de alli adelante denen los juz. gadores dar e otorgar ad moço otro guar dador a que llaman en latin curador, tom ando tal recado del como del tutor, e que este tal, scilicet, el curador deve aver en guar da al moço fasta que el buerfano sea de edad de veynte y cinco annos.

Haec l. quoad tempus durationis tutelae concordat eum textu in principio instituit, quibus modis, tut. fin. idemque probat l. final. in principio, supra hoc titulo 16. part. 6. & quoad tempus, quo durat cura, cum principio instituit, de curatore. Quare autem majus tempus in masculis, quam in feminis expectetur, egimus in repet. authentic. sacramento puberum, numero 1. & 2. C. si advers. vend.

Pubertate igitur incipiente tutela finitur, & pubertas in masculis post 14. annum completum, illico initium accipit, femine vero post duodecimum completum illico viri potentes esse creduntur, ut in dicto principio instituit. quibus modis, tut. fin.

142 Finita autem tutela tutor tenetur admonere minorem, ut petat sibi curatorem, alias tenetur, iuxta text. ubi id nota Bartol. in l. ita autem supra in ordine, §. si tutor, ff. de administrat. tut. probat etiam text. in l. a tutoribus, §. 1. ff. eodem titulo, & in l. admonen. C. qui per. ut. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubrica 6. §. 4. in text. ibi. enage e fustifant. numero 2. folio mibi 216. pagina 2. ubi, numero 3. quod si inceperit litem pendente tutela, tenetur prosequi.

143 Eadem & dicit cum Boerio de procuratoribus fabricae rerum Ecclesiasticarum, ut finitio officio pedente a lios subrogari faciant: Et idem in retores seu in curatore alicuius Ecclesie parochialis: & in tutore, quod praediximus tenet etiam Gregor. Lopez, in dict. l. 12. in gloss. denen. durar.

Ubi etiam quod ad ea, quae sponte post pubertatem 144 gessit tutor, non tenetur ejus fidei iussor, Lucius, §. Paulus. Et ibi Bari. ff. de administrat. tut. Quare & caveat tutor, ut quamprimum tutela finitur, curatorem petat minori, alias non liberatur, & si quid interum perit, tenetur, ut cum Fabri & aliis supra relatis advertit Baec, de decim. tut. cap. 2. num. 134.

Ubi & num. sequent. refert & sequitur illud, quod praediximus nempe de lite incepta durante tutela, ut tutor teneatur eam prosequi finita tutela nisi de curatore ad ulto provideri fecerit, ut ibi iure probat. & nu. 136. cum sequentibus. Refert etiam & sequitur extensionem, quam ex Boer. & Cassan. retulimus, nempe ad rectorem Ecclesiae, & ad syndicum, vel procuratorem fabricae Ecclesiasticae, ut finitio eorum officio teneatur petere alios subrogari, ut inquit etiam docere Bart. in l. fin. §. fin. & in l. negotiorum, §. fin. ff. de appell. Innoc. in cap. gratum, de officio deleg. Rota decisi 377.

Et & quod finita tutela, si quid interim ex rebus minoris usque ad 25. annum perierit, damno & periculo tutoris percat, nisi puberem admonuerit, ut petat sibi curatorem, probat text. in lege in tamen, §. si tutor & Barto. ibi in princip. ff. de administrat. tut. text. in l. a tutoribus, §. 1. & in l. tutoris, qui post, ff. eodem. tit. & in dict. leg. admonen. la. 2. C. qui petant, tut. & ibi gloss. verb. non venberis, & tradit Andreas Gail. lib. 2. practice, observat. observat. 60. num. 3.

Ubi, num. 4. quod tutor litem cum pupillo ceptam prosequi teneatur tanquam, donec administratio rerum in curatorem transferatur, per text. in l. unie. C. ut causa post pubert.

Et num. 15. quod & item in curatore receptum est, quod litem etiam post majorem aetatem continuare debet, l. in autem, §. fin. ff. de administrat. tut. gloss. in dict. l. unie. verb. causillarum, & quod hoc procedit, nisi curator instrumenta ad causam pertinentia majori reddiderit, dict. l. ita autem §. fin. de quo suo loco agemus.

Ex generali & tamen ubique locorum recepta consuetudine, praesertim in Germania, officium administrationis, & per consequens periculum futuri temporis continuatur & porrigitur usque ad legitimam aetatem 25. ann. adutorum, qui semel dati sunt legitimis tutoribus, iidem plerumque & curatores permanent, & rebus minorum praesunt usque ad majorem aetatem, esse Gail. ubi supra, numero 1. ubi, numero 6. quod possunt tutores non obstant consuetudine, & finita pubertate, tutela & rationibus distractis, administrationem deponere & ad tutores dari petere, per text. in dicta lege a tutoribus, §. 1. prout in Camera id factum saepe meminit: quod si id non fiat, administratio continuatur usque ad legitimam aetatem adulti, & decretum, quod in Camera super administratione tutelae interponitur, extenditur etiam ad curatoris officium, per text. in dicta lege a tutoribus, qui post, & alia iura supra allegata, ita Andr. Gail. dict. num. 6. Sed hoc in nostra Hispania non fit, nec consuetudo praedicta servatur, quia decretum tutelae non extenditur ad curatoris officium, sed tantum interponitur pro tutela & tempore ipsius, non autem pro cura & adulta aetate.

Uterius observandum est, quod sicut tutor pupilli debet satisficere rem pupilli salvam fore, ita & curator rem adulti salvam fore satisficere tenetur, & iudex ab eo hanc satisficationem accipere tenetur, ut patet ex nostra lege Regia 12. ad finem ibi. romando tal recado del como del tutor. Aequiparantur igitur in hoc tutor, & curator, quamvis plures differentiae alias sint inter utrumque, ut constat ex lege venri. 20. & ibi gl. in ff. de tut. & curat. dat. ab his, ubi differentias assignat.

Nihilominus & tamen tutela, & cura magnam inter se habent affinitatem, ita quod appellatione tutoris veniat

niat etiam curator, per textum singularem in leg. pater Severinum, §. conditionum verba, ff. de condition. & demonstrat. ubi testator filio suo impuberi dedit tutorem usque ad decimum octavam aetatis suae annum, & si citi nubi, tutor pro curatore accipitur, laso. in lege si quis in fundi vocabulo 46. ff. de legat. 1. & in lege qui in quartam, in fine principii, num. 10. ff. eodem titulo, & in lege quod dicitur, numer. decimo septimo, ff. de verb. obli. obligatione, Andreas Gail ubi supra num. 6. Anton. Piag. de tuto. & curato. quaestione octava, numer. 1. Baeca de decimis tutorum, cap. 3. num. 11. est optimus textus, in l. 1. C. de peric. tuto. & cur. ubi, quod appellatio tutoris continetur curator, & ideo, quod ut curator, id administrare possit, late probat Nevizan. consil. 27. num. 60. prout eum refert, & sequitur Menoch. consil. 115. numero 68. volumine 2. In paucis enim distant tutores & curatores, ut in lege seve oportet, ff. de excusat. tut. lege 2. §. quid si curator, ff. de Senat. in cons. Tertullian. l. fina. in fin. C. de auctor. presl. Et ideo Doctores communiter interpretantur, & accipiunt dictionem, tutor, aut tutela pro curatore, & cura. Ita sentiant gloss. Alberic. & Salyc. & communiter doctores, in rubrica, & in lege 3. 4. & final. C. de in litem dand. curat. & gloss. in lege 2. C. de iust. & iur. & alii esse Orlav. Cacheran. decisio. Pedemontan. 86. num. 4. Estque recepta omnium scribentium sententia, quod in dispositione legis, tutela curam comprehendit, ut scripsit Accurs. in authentic. ut hi qui obligat, in princip. ver. ad curatorem, & in authentic. minoris debitor. C. qui tut. dar. poss. Ita testatur Calsas in lege, si curator eorum habens, C. de in integr. resti. minor. in textu ibi sine curatore constitutus, n. 62. in 2. parte tractatus de rest. minor. pagina 112. Non tamen inde dicendum est, fecus esse in dispositione hominis, prout voluit praefata communis sententia, quia in hoc reiicienda, & non tenenda est, secundum eundem Cals. ibidem, num. 65. & 66. ut infra docebimus in resolutione huius articuli.

152 Sic etiam & appellatione curatoris venit tutor saltem large sumpto vocabulo textus in authentic. ut hi qui obligat, & ibi glossa supra dicta, verbo ad curatorem, & in dict. authentic. minoris debitor, in verbo a curatore, ubi legem correctiorum loquentem in tutore extendit ad curatorem, & late laso. in dicta lege, si quis in fundi vocabulo, ubi limitat, & Andreas Gail ubi supra dicto numero sexto.

Contrarium & tamen in terminis, dict. §. conditionum, verba tenent Bartol. & alii in dicta l. tutores, §. ff. de administrat. tut. & Anton. Piagi. ubi supra, num. secundo, nempe, ut minime exponatur in dict. §. conditionum, verba, curator, id est tutor, bene autem tutor, id est curator, quia cum sit plus tutor, eum deat persona, & rebus, potest trahi ad id, quod est minus, non vero cum datur curator, exponi potest, id est, tutor, cum sit minus ut in dicto §. primo. Haec tamen non sunt directe contraria inter se. Nam in terminis dictae authent. minoris debitor, eadem militat ratio ad hoc, sicut ille, qui est debitor minoris, non potest esse eius curator, ita etiam neque tutor, & ideo negative, eadem subsistente ratione, qui non potest esse tutor minoris, nec etiam eius curator esse poterit. In terminis vero dict. §. conditionum verba, ex diversitate rationis supra relate curator exponi non potest, id est, tutor, ideoque haec diversa sunt, & unaquaeque dispositio erit in suo casu probanda: Quin imo adversus praefatam communem differentiam, & distinctionem potest in utroque membro attentari, quia verba legis debent proprie intelligi, cum a sapientibus proferantur, verba autem tutoris, vel contraheutium magis abusive accipi possunt, tanquam ab ignaris prolata, non aliter 67. §. primo, versiculo sic plerumque, ff. de legat.

154 Vnde & potest haec materia ita resolvi, nempe, quod

regulariter omnia dicta in tutore, locum sibi vendicant in curatore, & e contra, & sic dispositum in uno ad alium extenditur, dummodo eadem in utroque existat ratio, etiam in materia odiosa, & poenali, dict. leg. secunda §. quid si curator, ff. ad Tertullian. lege final. in fine, C. de auctorit. praeslat. & in dicta lege pater Severinum, §. conditionum verba: Itaque in omnibus requirentibus administrationem, tutor & curator aequiparantur, Bartolus in lege inter honorum, ff. de administratione tutorum, & in vermisita concludit D. Spino. in suo Specul. testamen. gloss. 29. num. 19. addens, quod ubicunque DD. agunt de tutore, de curatore intelligendi sunt, quia promiscue his vocabulis utuntur, quod desumitur Baeca ubi supra, numero undecimo, & decimo septimo, in versiculo, & generaliter in omnibus, qui numero duodecimo, optime tenent, & clavam huius dispositionis pendere a mente, & ratione legis, quam considerare oportet potius, quam urgere ex scriptis iuris locis, quae longe peculiariter habent iurisdictionem, & ideo varie & diversimodis praecipitur ac definitur, quam sententiam confirmat Cald. ubi supra, numero. 86. resolvens, in proposito semper attendendum esse subiectam materiam, & faciendam coniecturam ex mente disponentis, ex text. optimo in l. si cum filio, 49. ff. de lega. tertio, ubi illa verba, cum in suam tutelam per venerit, diversimodis interpretantur inspecta conditione preferens, & eius, de quo profertur, & ex aliis iuribus, quae ibi in idem citat.

Non igitur vera est communis sententia supra relate, quatenus facit, & constituit differentiam in hoc inter legis & hominis dispositionem, nempe, ut in illa verbum tutela, vel tutor, curam, vel curatorem comprehendat, in hac vero minime: siquidem in utraque idem affirmative ex identitate rationis, & mente disponentis dicendum est, explosa praedicta communi differentia ex dicta lege cum filio, & ceteris iuribus a Calsas citatis, ut ipsemet ubi supra, dicto numero, sexagesimo quinto, late probat, falsam esse praedictam differentiam, recteque procedit reiecta sententia glossae in dicta authentica, ut hi, qui obligat, ver. ad curatorem, de qua supra. Si quidem eadem ratio, & mens legis disponentis militat in curatore, quae in tutore secundum subiectam materiam, de qua ibi agitur. Idem ergo dicendum erit in ceteris quibus & dispositionibus, tam legis, quam hominis, in quibus iuxta subiectam materiam eadem ratio, & mens disponentis coniectari possint alia fecus, ut in casu supra praemisso ex Bartol. & aliis in dicta lege tutores, §. 1. ff. de administrat. tutor. Et haec est prima limitatio ad praefatam regulam, & resolutionem, nempe, ut procedat ubicunque est eadem ratio in tutore, quae in curatore, & e contra, alias fecus.

Secundo limitatur, & ut vera sit, & procedat praedicta regula affirmativa, praeterquam in casibus a iure expressis, in quibus differentia reperietur inter tutorem & curatorem, ut in dicta lege venri, cum la sua glossa ff. de tut. & curator. dat. ab his, quia in his appellatione tutoris, non venit curator, nec e contra.

Tertio limitatur, & ut non procedat, quando testator, vel iudex, cum deberet dare tutorem, dedit curatorem minori impuberi, quia non valet huiusmodi datio, nec attenditur patris vel iudicis voluntas, cum sit in animo reiecta, & datio curatoris expressa contra formam al. praescriptam tutorem constituitur, ut late probat Cald. ubi supra, numero septuagesimo, melius ceteris idem tenentibus, prout est Barca dicto capiti. tertio, num. duodecimo, & Spino. ubi supra, num. decimo nono, versio. uade, & c. atque Antonis Piagi. in dicta quaestione octava, num. 3.

Haec & tamen limitatio recte procedit, quando datur curator impuberit, ut enim nihil sit, nec potest exponi curator, id est tutor: fecus vero erit, si puberi datur